

Sigism: 1. Rex Poloniae Joanni
Golawinski Jacobo Rosnowski Capi:
taneis Marienburgensibus;

154

Quos Fideles Dilecti! Imposuimus Vobis, fidei
ac integritati Vre tribuentes, curam et sollici:
tudinem Castri Nri Marienburgensis seruandi
et custodiendi. Nec dubitamus Vos ita in omni:
bus incedere, uti probos et virtuosos Seruitores
Nros deceat. Nobiles vero Joannem Balinski no:
tarium Nrum in Dispensatorem istius castri,
et hunc Tharant in aionomum et Provisorem
Prediorum et reddituum Nostrorum providen:
dor constituendos putauimus et jam nunc con:
stituimus et mittimus eundem Tharant isthuc,
ut in curam suam eadem predia suscipiant,
et ad utilitatem Nram, prout sibi melius vi:
debitur, dirigat ac administret. Ita tamen, quod
omnia conscientia dispensatoris fauiat, et ta:
men ab authoritate Vra dependeat su, ut de:
fensionem ex Vra assistentia, ubi opus est ha:
beat. Idcirco Vobis deuinciamus, ut Eundem Tha:
rant pro Nro seruitore et Officiali habentes,
Eidem de mansione in Cro provideatis, et ut
recte redditus Nros administrare valeat, ubi
Vos requisiverit, sibi auxilium feratis, et
ubi una Vobiscum et cum Dispensatore de ser:
uilibus istis aliquid in melius constituere vo:
luerit, eundem adiuuetis. Concordiam tamen an:
te omnia mutuum inter Vos seruetis, ne per
simultates et discordias Vras aliquid isthuc Nobis
et Ryplicae periculi accidat. p Gratia non aliter facturi. Dat.

